IMAGE EVALUATION
TEST TARGET (MT-3)

6"

Photographic
Sciences
Corporation

23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503

CIHM/ICMH
Microfiche
Series.

CIHM/ICMH
Collection de
microfiches.

Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

©1986

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- [ ] Coloured covers/ Couverture de couleur
- [ ] Covers damaged/ Couverture endommagée
- [ ] Covers restored and/or laminated/ Couverture restaurée et/ou pelliculée
- [ ] Cover title missing/ Le titre de couverture manque
- [ ] Coloured maps/ Cartes géographiques en couleur
- [ ] Coloured ink (i.e. other than blue or black)/ Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- [ ] Coloured plates and/or illustrations/ Planches et/ou illustrations en couleur
- [x] Bound with other material/ Relié avec d'autres documents
- [ ] Tight binding may cause shadows or distortion along interior margin/ La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la distorsion le long de la marge intérieure
- [ ] Blank leaves added during restoration may appear within the text. Whenever possible, these have been omitted from filming/ Il se peut que certaines pages blanches ajoutées lors d'une restauration apparaissent dans le texte, mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont pas été filmées.
- [ ] Additional comments:/ Commentaires supplémentaires: [Printed ephemera] 3 p.

- [ ] Coloured pages/ Pages de couleur
- [ ] Pages damaged/ Pages endommagées
- [ ] Pages restored and/or laminated/ Pages restaurées et/ou pelliculées
- [x] Pages discoloured, stained or foxed/ Pages décolorées, tachetées ou piquées
- [ ] Pages detached/ Pages détachées
- [x] Showthrough/ Transparence
- [ ] Quality of print varies/ Qualité inégale de l'impression
- [ ] Includes supplementary material/ Comprend du matériel supplémentaire
- [ ] Only edition available/ Seule édition disponible
- [ ] Pages wholly or partially obscured by errata slips, tissues, etc., have been refilmed to ensure the best possible image/ Les pages totalement ou partiellement obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure, etc., ont été filmées à nouveau de façon à obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X [ ] 12X [ ] 14X [ ] 16X [ ] 18X [ ] 20X [ ] 22X [ ] 24X [ ] 26X [x] 28X [ ] 30X [ ] 32X [ ]

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:

Seminary of Quebec
Library

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol —► (meaning "CONTINUED"), or the symbol ▽ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:

L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Séminaire de Québec
Bibliothèque

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole —► signifie "A SUIVRE", le symbole ▽ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.



Sujets des Conférences Ecclésiastiques du Diocèse de Québec, pour l'année 1861.

CONFÉRENCE DU MOIS DE JANVIER.

Sempronius parochus ab executore testamentario sui prædecessoris centum viginti missarum eleemosynas accipit, inter libros defuncti in capsula inventas cum hac nota : Missæ.

Ipse, omnes quas a diversis personis accipit eleemosynas missarum, in eamdem capsulam immittit, et, datis occasionibus, unam vel plures extrahit quando ipse celebrat, vel ab aliis celebrari curat *ad intentionem dantium.* Elapso biennio, quæ remanent in capsula eleemosynas omnes tradit cuidam sacerdoti, qui inquirit quomodo intentionem dirigere debeat ; an pro vivis vel defunctis, an juxta ordinem chronologicum receptionis, &c. Respondet Sempronius : Quæso, celebres *in globo ad intentionem dantium.* Quo audito, sacerdos eleemosynas remittit dicens se nolle cum tali intentione celebrare.

Hinc Sempronius anxius quærit :

1o. *Quænam sint regulæ observandæ circa determinationem intentionis in applicatione missarum ?*

2o. *Quid sit applicatio dicta* IN GLOBO *et quænam conditiones requirantur ut sit licita et valida ?*

3o. *Quamdiu celebrationem missarum differre liceat ?*

4o. *An ipse satisfecerit obligationi suæ et quid sibi nunc agendum ?*

QUESTION SECONDAIRE.

Metellus sacerdos, qui confessiones audivit in quadam parochia, dum pia exercitia recessus haberentur, dixit quibusdam amicis adulterium valde frequens esse in tali parochia.

Quæritur an hoc dicere potuerit absque violatione sigilli ?

CONFÉRENCE DU MOIS DE MAI.

Caia mulier pauperrima, cum a parocho licentiam petiisset habendi secum in lecto infantulum suum tempore hiemali, petitioni acquievit parochus, positis quibusdam conditionibus.

Paucis elapsis diebus, mulier eumdem parochum in confessione adit et multum lacrymans narrat se conditiones sibi impositas fideliter implevisse et nihilominus in somno per accidens infantulum oppressisse.

Hinc parochus anxius quærit :

1o. *An et sub quanam culpa teneantur parochi ab hoc periculo infantulos opprimendi avertere parentes ?*

2o. *An ipse potuerit talem licentiam Caiæ concedere? Et quatenus affirmative:*

3o. *Quænam conditiones sint imponendæ ut hoc liceat?*

QUESTION SECONDAIRE.

Sempronius parochus olea sacra domi servat inclusa in sacco una cum rituali, superpelliceo, stola et aliis requisitis ad administrationem sacramentorum. Quando ad infirmos arcessitur, hunc saccum deferendum laico tradit, vel ad pedes suos in curru deponit.

Hoc animadvertens Caius ejus vicinus putat se teneri ex charitate fraterna Sempronium monere ut se melius conformet regulis ecclesiasticis circa custodiam, et delationem sacrorum oleorum.

Quæritur *quænam sint observanda circa sacrorum oleorum* 1o. *custodiam,* 2o. *delationem?*

CONFÉRENCE DU MOIS D'AOÛT

Vitalis vir nobilitate clarus ac dives, filiam habet Agatham quam summopere diligebat, et nobili ac diviti juveni matrimonio tradere constituerat; at Agatha ardentissimo ob Vitum juvenem honestum, sed pauperem et plebeium, amore flagrans, a quo etiam equali animi ardore redamabatur, ope et consilio Cæciliæ materteræ, inscio et invito patre, matrimonium cum eodem iuivit. Re cognita, Vitalis, filiæ legitima dote tradita, eam e paterna domo dimisit; et licet Agatha sæpe ut in gratiam patris rediret, interpositis aliorum officiis, veniam petierit, nunquam tamen jam a triginta annis exteriora veniæ signa illi exhibuit, nec eam amplius vidit. Cum autem jam consenescat, testamentum condidit, in quo legitima hæreditatis parte filiæ relicta, universalem hæredem nepotem quemdam instituit. Item Cæciliam, cui antea specialia dilectionis signa Vitalis exhibuerat, post acceptam offensam, nunquam amplius allocutus est, nec salutavit. Hæc in sacramentali confessione animadvertens Blasius sacerdos gravissimis verbis Vitalem monet, ut filiæ veniam tribuat, eamque totius patrimonii hæredem constituat: Cæciliæ vero eadem specialia dilectionis signa concedat, quæ ceteris consanguineis præstare solet, quæque ante illi dabat. At respondet Vitalis se omnes in illas odii ac vindictæ affectus ex animo pluribus abhinc annis abjecisse, offensam remisisse et illis omne bonum sive spirituale, sive temporale a Deo adprecari; attamen ad justam sceleris pœnam et ad aliorum exemplum firmiter velle in suo proposito perseverare. His acceptis Blasius, cum nihil suis adhortationibus proficiat, anceps hæret et secum quærit:

1o. *Ad quid teneamur ex præcepto charitatis fraternæ erga inimicos?*

2o. *Quid de singulis in casu putandum?*
3o. *Quomodo cum Vitale sese gerere debeat.*

CONFÉRENCE DU MOIS D'OCTOBRE.

Vir mercator, cui filii tres erant, alterum ad studia alebat; alterum, publico eidem officio comparato, domo egredi sinit; tertio apud se manente suis negotiis gerendis adjutore utitur. Adolescens nulli pavebat labori ut patri satisfaceret, et tanta commendabatur industria, ut plurima familiæ negotia ejus curæ committerentur. Interim in paterna domo ad vitæ commoditates nihil ei decrat. Verum cum videret patrem sæpe ad primum, vestibus et libris emendis, ingentem pecuniam mittere, quam tamen ludis ille insumebat, et alteri callide et falso pauperem se dictitanti, ingentia munera dare, de sua conditione et labore conqueri cœpit. Et ob reverentiam erga patrem veritus aliquam compensationem expostulare, quædam lucra sibi occulte reservavit quibus officinam ad specialia negotia pertractanda, sine illorum quæ ad familiam pertinebant detrimento, suo nomine inscriptam comparavit. Interea pater intestatus obiit et, omnium bonorum inventario condito, primus et alter ex fratribus hujusmodi officinam conferri jubent. Ille recusat. Hinc dissensiones et jurgia. Et cum parati fuerint in foro sistere, amicus quidam eos hortatus est, ut pii doctique viri judicio juxta conscientiæ regulas rem componerent. Consultus theologus apud se quærit:

1o. *Quorumnam bonorum dominium habeant filii-familias?*
2o. *Quænam a patre habita filii-familias in hæreditatem conferre debeant?*
3o. *Quid in casu?*

QUESTION SECONDAIRE.

Caia mulier olim matrimonium cum Titio contraxit tempore prohibito cum legitima dispensatione, nec unquam curavit de recipienda benedictione solemni nuptiarum. Mortuo Titio, aliquandiu in meretricio publico vixit, sed postea facti pœnitens, per plures annos scandalum reparavit in pia domo *Boni Pastoris*, et nunc a Crispo in matrimonium petitur. Hinc parochus quærit:

1o. *An debeat eam fortiter increpare quod neglexerit recipere benedictionem solemnem?*

2o. *An possit et debeat nunc celebrare missam* pro sponso et sponsa *et dare benedictionem solemnem?*